te aut leuit et si vtens habeat voluntatem
resignandi cum fuit requisitus cuicumque ~~sit vtens~~
sit vtens est proprietarius et an abbas peccet
Vtrobique potest respondeo quod ambo peccant sed non
eodem peccato Abbas abutens potestate sua que data
est ei in edificacionem non in destruccionem et est contra aliquid
preceptum et mali exempli aliorum Concupiscente vero
est non proprietas sed cupiditas et auaricia Preterea dicit
Iohannes an. super c. cum ad monasterium super v proprietate
Nec videtur dici proprietas que de qualitate et quan-
titate nichil celatur superiori nec sine ipsius consensu
aliquid recipit vel expendit paratus totum reddere
et dimittere ad iussum abbatis Tamen quia res est
periculosa et mali exempli contra condicit concessionis ab-
batis vt non nisi ex euidenti causa aut modice rei li-
cenciam det monacho non habenti administracionem quia aliter
possent concedere omni monacho census et redditus monasterii
ad abusum suum Vnde sequerentur commessaciones ebri-
etates preciositates in vestibus et scandala multa
inter fratres vnde et demonum preceptorum frequens
transgressio Jdeo talis prelatus non dicitur dispen-
sator prudens et fidelis sed imprudens et infi-
delis dissipator redditurus deo districtam de
hiis racionem ideo valde de hiis est cauendum Jtem cave-
ne omne committendum tam credenti quam possidenti
superflua notabiliter prout habetur in regula dicit in nono
gradu humilitatis vt monachus omni vilitate et ex-
tremitate contentus sit Jdeo numerum et mensuram ipse ponit
de omnibus quam tamen presidens secundum discrecionis
racionis potest augere Jtem talis vera communia potest suadere
compaupteres